Incipit prologus in quandam glosulam moralem
Petri Blesensis super Iob ad Henricum regem Anglie

Henrico dei gratia Anglorum illustrissimo regi duci Normannorum
et Aquitanorum et comiti Andagavensi suus Petrus Blesensis
Bathoniensis archidiaconus in vero salutari salutem. Gra-
tias ago gratie largitori quia gratanter audis que edificant ad sa-
lutem. Cumque curialium sollicitudinum fere onera ac intricatos ne-
gociorum laberintos evadis libenter meditaris in lege domini
et de diutinis laboribus in lectione sacre pagine respiras. Graciosum
siquidem est in principe cottidianos actus suos et ab eo finire
et incipere in eo qui est principium sine principio et iudicat fines
terre. Precepisti michi ut ad similitudinem illorum tractatuum
quos feceram de transfiguracione domini et de conversione beati Pau-
li vitam beati Iob summatim et sub quodam compendio delibera-
rem et duntaxat interserens que ad paciencia et ceteras
virtutes vos informarent. Hoc sane existimo cordi vestro divinitus
instillatum. Cor enim regis in manu dei est et quocumque voluerit
vertet illud ut vitam dicti Iob et aliorum sanctorum patrum libencius re-
legatis dedicetis ante oculos mentis vestre quatenus audire possitis
in eis secundum quod dominus precepit per prophetam Erudimini qui
iudicatis terram. Exemplo siquidem talium confirmatur fides spes
erigitur nutritur caritas deprimitur superbia humilitas custoditur
augetur devocio et bene operandi desiderium excitatur. Hinc est quod nomina
filiorum Israel sibi fecit dominus in racionale iudicii ut omnibus appare-
rent ad sequenciam et exemplum. Opus itaque arduum et sa-
crum aggrediar magne molis non quod sufficientes simus cogitare
aliquid a nobis sicut apostolus dicit quasi a nobis sed suffi-
ciencia nostra a deo est et ab eo qui dicit aperi os tuum et ego im-
plebo illud. Et iterum dum steteritis ante reges et presides
nolite cogitare quid aut quomodo loquamini nolite cogitare quid
qualiter respondeatis dabitur. Incipio ergo in ipsius nomine
qui est benedictus in secula. Magnificencie vestre supplico humiliter
et obnixe ut exortaciones devotissimi vestri cum paciencia sustine-
velitis recolentes quod cum moyses esset princeps in populo dei
consilium Ietro gratanter admisit. Petrus apostolus apostolorum princeps
Pauli correctiones non respuit. Balaam asine vocibus acquievit.
David rex et propheta Nathan minoris prophete increpaciones humiliter
supportavit. Ihesus etiam cum mansisset in Ierusalem et diceret oporte-
bat me esse in hiis que patris sui erant non acquiescentibus
illic parentibus suis secutus est eos Nazareth rex servos
magister discipulos deus homines verbum et sapiencia fabrum
et feminam et erat subditus illis sicut evangelista subiungit
hystoria. Lectorem eciam requiro ut hic climati operis non
requirat ornatum. Ieiune siquidem et urbane oracionis
fuit angustia temporis huius angustie ancie excusant proficiscimur
negociis ecclesie Cantuariensis invito ad tempus magistris et
et curia sequor vin

et finis quod 2 pr

nec habeo corporis quietem / n[ec] parem a[n]i[m]e / n[ec] librorum copiam / nec
spatium scribendi / n[ec] studendi oportunitatem / n[ec] expediti animi
iudicium / n[ec] plenam arbitrii libertatem / Opusculum presens exponens
tantum conscio que instrat paupi deus in dulcedine sua
et que quisque me audiuisse recolo vel legisse [illegible]

Incipit glosa sup[er] libr[um] iob [illegible]

iob et erat

Vir erat in terra hus no[m]i[n]e iob vir ille simplex et rectus ac
timens deum et recedens a malo / Tria hic ponit
simplex rectus ac timens deum / Et quia timor dei causa est
quare declinamus a malo / Scriptura enim attestante que dicit qui
timet deum faciet bona / et facientibus mala non est timor dei
ante oculos eorum / In tribus commendat iob / In simplicitate / In
rectitudine / in timore / Est aut[em] simplicitas que e[st] cognata fatui
tatis et est simplicitas que in euangelio commendat / Estote
inquit prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbe /
Erat itaque iob simplex ad se ipsum / rectus ad proximum / timens
ad deum / Non est aliquis rectus si non recte diuidat / Bene offere
bat cayn sed pessime diuidebat / deo offerens hostias et fratrem perse
quens innocentem / Non est rectus qui linguam deo offert / animam
aut dyabolo / Non est rectus cuius supergresse sunt iniquitates caput
eius et sicut onus graue grauate sunt super eum / Non est rectus quem
auaricia tenet / quem torquet ambicio / quem voluptas maceat
Rectus aut[em] est qui dat voci sue vocem virtutis / Bene loquens et
melius agens / melior est vox operis quam vox oris / Merito
ergo iob rectus erat cuius verbis opera respondebant / Merito
rectus quem non inflabat elacio / quem non deprimebat iniquitas /
quem aduersitas non frangebat / Sequitur et timens deum Non
timebat eum seruiliter propter penam / sed filiali affectu propter graciam
Quatuor timores in sacro eloquio distinguitur / Mundanus / seruilis /
Inicialis / filialis / siue castus / Mundanus timor est cum perdim[us]
aut temporalium rerum dispendia formidamus / Seruilis cum time
mus dolores eternos et angustias gehennales / Inicialis est
cum incipit homo delectari in obseruancia mandatorum dei cum
iam ea que duriora fuerunt et austeriora dulcescunt / De
isto timore dicit apostolus / quod caritas foris mittit timorem / quia timor
in caritate non est / Castus aut[em] siue filialis timor est / cum uxor
virum quem super omnia diligit veretur offendere aut filius a
liquid facere quod displiceat in oculis amantissimi patris / Iste
timor non procedit ex formidine sed amore / Iste timor testi
monio prophete permanet in seculum seculi / timebat itaque
iob / Beatus aut[em] qui timet deum hoc in veritate frequenter expertus
sum / nichil est efficacius ad graciam promerendam recuperandam
quam si inueniatur quis semper non alta sapere sed timere / Id
circo sapiens dicit / beatus qui semper est pauidus / Erat itaque iob

[margin:] io subiungitur et recedens a malo

qui inspectat dolens in terra hus ac sinat consilium / simplex et
rectus ac timens deum / quia inter anxios dolores et portabi-
les pressuras divino consolabitur consilio. Vincebat hostem huius
generis versutum impium et superbum in simplicitate iusticia /
et timore dei. Sequitur Nati sunt ei septem filii et tres filie
et fuit possessio eius septem milia ovium et tria milia came-
lorum etc. In numerositate filiorum et in possessionum multiplicitate
constat felicitas attendi huius mundi / vere tamen non est felicitas
in hoc mundo. Transit enim mundus et concupiscentia eius. Vidi
omnia que sub celo sunt dicit sapiens et omnia vanitas et afflic-
tio spiritus mundana / hec omnia vilissima reputabat ille fortis-
simus / cuius numerositas uxple dilatatio in bonis temporalibus / ideo re-
censetur ut ostendat quante fuit constantie / qui nec tot filiorum
morte concutitur / nec tante amissione possessionis potuit turbari.
Sic examinavit in fornace iusticie dominus aurum sic probat
in adversitate sanctos suos / ut cum pervenerat ad coronam suam / et
tam principibus quam prelatis fit paciencie constancie et humili-
tatis exemplum / Infelix ego homo quis dabit capiti meo
aquam et oculis meis fontem lacrimarum. Hii enim qui beati iob i-
mitatores esse debuerant et sequaces mentes crudeles
habent / omnem statum reducunt / omnem spem credunt omnem circumferunt
vento / In iudiciis favore liquescunt / In consiliis pavore
deficiunt / turbavit tristicia / avaricia quertim / premuntur
ambicione / Inquietant suspicionibus / curis estuant / tabescunt
odio / mordent invidia / honoribus tument / oculos habent
ad munera / pupillo et vidue non intendunt / ymmo quod lon-
ge conviuius est / et quod sine miserabili gemitu explicare non
possum / xpi obprobria sputa flagella clavos lanceam
crucem mortem. Hec omnia prelati in fornace avaricie con-
flant communitatis precium suis marsubiis includentes pri-
monium crucifixi / aut nepotibus erogant / aut dampnabiliter
retinent / aut in usus extraordinarios dilapidant et profligunt /
Nonne considerant infelices quod mortui sunt nonne cogitant
quod requirat dominus ab unoquoque sue villicacionis racionem /
aut sui principatus honorem / propter quid irritavit impius deum /
dixit enim in corde suo non requiret / sed certe requiret usque
ad novissimum quadrantem / et retribuet habundanter fa-
cientibus superbiam // malos male perdet vineam suam locabit
aliis agricolis / Ve operantibus vineam domini sabaoth si cum
sarmentis abscidunt / Ve piscatoribus / si cum malis piscibus
eiciant foras. Ve cultoribus divine messis / si cum palea co-
burium. Iste sunt quibus ysaias imperat dicens / pastores
erant et ignorabant intelligenciam. Et iheremias tenentes
legem nescierunt me. In eo siquidem sunt pastores / quod

se pascunt / quantum enim ad curam ovium pertinet tonsores sunt potius
quam pastores. Lac et lanam querunt in ovibus non salutem.
Hinc in levitico precipit ut sacerdos habeat in sacrificiis armum
dextrum separatum / ut operatio prelati non solum sit sancta / quod
significatur per dexterum / sed exemplo et merito singularis / quantus
tantum precellat subditos opere / quantum precellat dignitate. Agnoscat
ergo quisque sue vocationis honorem / sciatque quia angelus domini ex
ercituum est / sciat quod est sal terre et lux mundi. Recordetur magis
prelatus quos antecessores habuit et quorum retineat dignitatem /
habet primatum Abel / patriarchatum Abrahe / gubernacionem Noe / or
dinem melchisedech / dignitatem aaron / auctoritatem moysi /
virtutem samuelis / potestatem petri / unctionem christi. Quid dicet
de clericis qui infinitas animas suscipiunt in curam ~~animarum~~
et illorum salutem non curant. Plerique sunt quos non dicam
pastores animarum / de quibus respondere iubent in die extremi iudicii /
sed vix ecclesiarum suarum numerum cognoverunt / adiungunt enim ecclesias
ecclesie / domum domui / agrum agro copulantes / usque ad terminos
loci / et abacuc propheta: Ve qui multiplicat non sua usque
quo aggravat contra ^ omnia possidere presumunt / non laborant / non semi-
nant / non edificant / non navigant / neque pugnant / et
ut verbo psalmiste utar / In labore hominum non sunt et cum
hominibus non flagellabuntur ^ eterna sunt a demonibus flagel
la passuri. Monachi autem et canonici regulares qui vitam
arctioris vite et strictum ordinem elegerunt / simplices ut columbe /
sed vultu non actu / habitu non effectu / Veniunt inquit dominus
ad vos in vestibus ovium / intrinsecus autem sunt lupi rapaces /
non est aliquod forum venale aut iudiciale / cui se ubique vi
ri religiosi non inmisceant / et cui se importunissime non
importent / excepto pauperum negotio. Mundum enim quidam
simulatoria religione fallentes falluntur pessime / et mundo
mortui negociantur et venantur que mundi sunt / quod si et
sum quod dicit regnum dei ~~est vim~~ vim patitur et violenti di
ripiunt illud. De regibus et ^ principibus qui celsitudine et iusticia
ius debuerant mutari. Apostolus dicit quod non sine causa gladium
portant ad vindictam malefactorum laudem vero bonorum. Unde
et constituti sunt patres orphanorum / iudices viduarum punitores
excessuum / religionis advocati / ecclesie defensores. Audi quid
dicat iob: Pater eram pauperum / conterebam molas iniqui et
de dentibus iniqui auferebam predam / non negabam pauperibus
quod volebant / et potentium oculos expectare non feci
Novissima clausula huius versus specialiter illos principes tangit

[Margin:] ^ se densum lutum clerici qui non debuerant possidere

[Margin:] + quod tenuit cor superbia O felices utinam saperent et intelligerent ac novissima providerent / utinam saperent quod preterea hoc cum hominibus non flagellabuntur

[Margin:] ^ cum ipsi errabunt vel violentia vel venalitate invadunt seu irrumpunt ipso per regnum dei

qui cum de facili possunt pauperum negotia expedire semper
differunt et oculos expectantium continua protrastinatione sus
pendunt · Sed salomon ait · Ne dicas amico tuo vade et
cras revertere et dabo tibi cum statim possis dare ei / quia
sicut quidam magister emerius elegantissime dicit / demigrat
meritum dantis mora factaque rapti / Munera plus laudis
plus quam favoris habent / et qui cito dat bis dat dantis mora
dona minorat / quodcumque potest manus tua dicit sapientia in
stanter operare / nescimus quid ventura pariat dies de mor/
te quidem certissimi sumus / nichil tamen incertius hora mortis
Iam venimus ad canos et mortis preambulos nuntios festinanter
accipimus · Sicut enim dicit apostolus ad hebreos in epistola quod antiquatur
et senescit prope interitum est · In certi ergo sumus qua hora
dominus venturus sit / quia sicut fur in nocte ita veniet / cum
enim dixerint pax et securitas tunc repentinus superveniet
interitus / et sicut dolor in utero habentis et non effugient /
quia iuxta salomonem prosperitas stultorum perdet eos · Hinc est quod ad
thimotheum apostolus dicens ait · divitibus huius seculi precipe non
superbe sapere non sperare in incerto divitiarum sed in certo ·
Dormierunt enim dicit psalmista sompnum suum et nichil
invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis / Sequitur
Et ibant filii eius et faciebant convivia unusquisque in
domo sua in manibus suis / et mittentes vocabant tres
sorores suas ut comederent et biberent cum eis · Cum
pro divisione hereditarie sortis frequenter soleat esse zelus et
emulatio inter fratres / patet prudentia iob qui sic vita constituat
filiorum / ut se mutua caritate diligerent / et se ad convivia
per vicissitudines invitarent · Bonum est siquidem et iocundum
habitare fratres in unum / quia quanto gratior est in conspectu dei
et hominum amor fraternus / tanto enormius est si inter eos
dissensiones et scismata nutriant / Apostolus dicit obsecro vos
fratres per nomen domini nostri ihesu christi ut idipsum in vobis senti
atis et non sint in vobis scismata / Erat itaque plena concordia
inter filios et filias ad patrem / ut secundum apostolum servarent invicem
unitatem · Non esset inter eos qui non conservaret patri debitam
caritatem · Avelle a sole solis radium et non lucet / precide
radium a fonte et arescet · Abscide ramum ab arbore et siccatur /
membrum a corpore et putrescat / Separa filium a devotione patris
et non erit iam filius sed spurius / et collecta illorum quibus
dicitur vos ex patre dyabolo estis · In principio legitur ysaie filios e
nutrivi et exaltavi ipsi autem spreverunt me · Ultimum autem verbum
prophete eiusdem est vermis eorum non morietur / et ignis eorum

non extinguet / In veteri testamento precipiebat agnus paschalis comedi in
una domo ut essent in habitantibus consonantia morum et affectuum
ydemptitas / sicut scriptum est / qui habitare facit unius moris
in domo / Ad nostrum quoque beatus iob ad aliorum virtutum cumulum
attendebat / quod filios suos nutriebat in amore / et vasos ado-
lescencie motus sub censura cohibuerat discipline. Heli namque
licet aliter iustus esset filios tepide corrigebat / et ideo iustus
reprobatus a domino / et a sella in qua sedebat euersus collo fracto
cecidit / quia filios non correxit. Dilexisti dicit dominus ei magis
filios tuos quam me ~~[illegible]~~ perijt igitur / quia circa filiorum cor-
rectionem negligens fuit / et filij eius ophni et finees sunt
occisi. Caueant prelati spirituales qui in cathedra sedent / ne
ob negligenciam filij sui scandant / ne detestant / ne in ipsorum
confusione et pernicie cathedra subuertat. Sequitur Cumque
in orbem transissent dies conuiuij mittebat ad eos iob et
sanctificabat eos / Septem erant dies filijs conuiuij / et sic
septem diebus completis mittebat iob et sanctificabat eos.
Septenarius status presentis vite significat / quod septem dierum
circulus voluit et distinguit presens tempus / Septem itaque die-
bus lapsis iob filios sanctificabat / et post vite presentis cursu
vocem illam sanctificationis et eterne expectamus / qua dicet
dominus filijs suis. Venite benedicti patris mei percipite regnum
quod vobis paratum est ab inicio. Consurgensque diluculo offe-
rebat holocausta pro singulos / Dicebat enim ne forte pec-
va cauerint filij mei et maledixerint deo in cordibus suis / Ne for-
te dicat conteret que ex presencie non vitiat et quod
verbis [illegible] mulieris efficeret non videbat ac liberior / et spor-
timior occasio quam per familiaritatem innumerum et domesticum pro-
ditionem. Scriptum est enim ab eo qui dormit in sinu tuo custo-
di claustra oris tui. Dicebat quod nam mulieris quanto fragilior
est tanto flexibilior est ad culpam et ex quadam racio-
cat cione) peccauerint filij mei et maledixerint deo in cordibus
suis / ne forte dicat / Temerarium esset de corde alieno proferre
sentenciam. Homo videt in facie / de cordibus autem iudicat deus /
cui omne cor patet / qui solus scrutatur renes et corda / propterea
dicit apostolus michi pro minimo michi est ut a vobis iudicer aut ab
humano die / Offerebat iob pro filijs suis holocausta per singulos
dies / timens ne in quibusdam suis deum offendissent. Solet siquidem
accidi ex comessacionibus garrulitas / nisi enim deditos gule dicit
Gregorius rapet immoderata loquacitas dives ille qui epula-
batur splendide grauius non arderet in lingua dicens / Pater
abraham miserere mei / et mitte lazarum ut intinguat extre-
mum digiti sui in aquam ut refrigeret linguam meam / quia
crucior in hac flamma. Lingua siquidem modicum membrum
est ~~quia crucior in hac flamma~~ / et mobile // ceteraque membra

De comessacionibus

quos multiplici malignitate contaminat. Est enim lingua dissoluta,
lingua impudica, lingua magniloqua, dissoluta in sermonibus
ociosis, impudica in inhonestis verbis, magniloqua in superbia et
abusione. Prima scurrilitati, secunda lasciuie, tertia arrogantie
famulatur. Et quid est detestabilius lingua regis babilonis,
qua dicebat. Nonne hec est babilon magna quam ego edifi
caui in domum regni mei. Propter hoc in bruta animalia de
iectione humiliari meruit principis illius presumptuosa elatio.
homo tamen cum in honore esset non intellexit comparatus est
iumentis insipientibus et similis factus est illis. Certe si bo
ues et asini loquerentur possent dicere, ecce nabuchodonosor
factus est quasi unus ex nobis. Verebatur itaque iob ne lingue
lubricum filios suos traheret ad peccatum, ut in cordibus suis bn
dicerent idest maledicerent domino in corde suo maledicit deo
qui bona opera non recta intentione facit. In corde suo male
dicit deo qui bona opera non recta intentione facit. In cor
de suo maledicit ~~deo qui bona opera non recta intentione facit~~
~~in corde suo maledicit~~ qui quod a deo habet sibi, non illi ascribit.
putridissime puluis et vento tenuis dispergende, quid ha
bes a te ut possis aut debeas gloriari. qui gloriatur in domino
glorietur. Si in aliqua parte gloriaris fur es, eam enim deo
subripis et furaris. Si osculatus sum manum meam dicit
iob quod erit ei summa iniquitas et abnegatio in deum. Ma
num suam osculari est de suis operibus gloriari. Ad eum enim
gloriam referamus qui solus gloriosus est in secula. Non
nobis domine non nobis sed nomini tuo da gloriam. Solus habeas gloriam
qui solus pugnasti, solus in patibulo triumphasti. Torcular
inquit calcaui solus et de gentibus non est vir mecum. Da
nobis domine pacem, ^ impleberis tua et fiat pax in virtute tua. [margin: et sufficit nobis / loquere domine pe]
Domino enim quod prudentissime distinguebat angelus cum diceret
Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis.
Offerebat igitur iob in holocausta pro filiis suis. Sciebat enim quod
ex commessationibus surgit frequenter ebrietas que confundit ra
cionis iudicium, temeritas precipitat in reatum. Ideo apostolus
commessationes et ebrietates multiplicat [?] maledicit, quorum enim
deus venter est et gloria eorum in confusione. Esca ventri dicit apostolus
et venter escis, deus autem hunc et hanc destruet. Legitur quod na
busardan princeps coquorum destruxit muros iherusalem, quia
plerumque venit quod in unica gule inita eorum destruat et sub
uertat, qui via religionis et sancte paupertatis positiua deserunt.
Illud michi precipue nunc doloris importat, quod hodie viri
religiosi et sancti professores ordinis ferculorum numerositate
contendunt. Si inuenerit vir religiosus [?] se aut pulsum
velocem, aut urinam intensam, aut debilem appetitum, consulit
medicos, examinat species, electuaria facit, nullis utitur
salsamentis que non sint cinamomia et ex gariophilo et nuce muscata

Quam odiosum in hoc est qui de ierarchia sup celesti debeat loqui / qui de
ierarchis et de exalogodion disputare contendit / Dicat religiosus vir / Disciplinam
potius epulari quam xpi hoc capiti / hoc omni / hoc stomacho / meo noceret / butrum
quietibile est nec transfia vetos facit / caules melancolici sunt / porri tolerare attendunt /
pisa inflata generat / fabe tosta panis / vinum salitum est malus / lac venenum propinat /
[illegible] ad oratorum nervos debilitat / legumina turbat cerebrum / vigiliae desiccat Nunquam
Invenimus hoc in ewangelio aut in prophetis / continet hoc institutio ludicri / sed mi-
seris hoc ratio vocat et sacrosanctis ¶ Sequitur 2ᵐ 2ᵐ

De ebrietate De ebrietate que est ingurgitationis porcio / et sequela illius / sufficienta brevitate perstringo / quia sicut Adam gula / sic Noe et loth ebrietati subiacuerunt. Certe dicit Ambrosius Nunquam fuisset servitus : si ebrietas non fuisset Unde dictum de illis perdite mentis hominibus / qui putando detectant quod plus bibere victoriam arbitrantur / qui tunc am-
plius bibunt cum minus capiunt / qui tunc se felices reputant / cum aut se aut socios
vident lingua titubare et pedibus / qui homines detestatur / qui ebrietati non student /
et si ebrii non fuerint dormire non possunt Audiant quid dicat dominus per orthandum
prophetam scilicet per ysaiam Ve qui potentes estis ad bibendum / et fortes ad miscendam ebrietatem
Salomon ebrietatis incomoda summatim / et urbana benignitate concludit dicens
Cui zelus cui vulnera cui effusio oculorum / Nonne hiis qui morantur in vino / et student ca-
licibus epotandis ¶ Sequitur textus 1ᵐ 2ᵐ

De perseverancia Sic faciebat Job cunctis diebus In hoc perseverancia boni operis designatur Perseve-
rancia hoc prerogative habet quod omnes virtutes currunt ad bravium / sola perse-
verancia coronat Multum siquidem valet deprecatio iusti assidua / quod in oratione Moysi
manifeste liquet / Dum enim oraret / dum manus erigeret / vincebat populus dei / dum
aut dimittebat manus aut ab oratione cessabat Amalech prevalebat Ideoque Job
cunctis diebus offerebat holocausta pro filiis / quia sciens cottidianis corporum gaudiis
peccandi materiam ingerebat / oportebat quod continuum esse remedium / ubi conti-
nua erat occasio et pronitas ad peccatum ¶ Sequitur in textu 2ᵐ

Quadam autem die / cum venissent filii dei / ut assisterent coram domino affuit inter eos
et Sathan Multe sunt curie / et unus semper Sathan invenitur in singulis
Sathan qui est accusator fratrum / detractor depravator / occultus hominum adversarius /
quasi agnus inter agnellos / lecatores et fingit munificus / et forte quod sibi

Quae mittuntur angeli quando boni quando mali ascribit ad gloriam / dei invidia sibi imponit ad laborem. Mittunt angeli a deo
quandoque boni sicut dicit Apostolus Missi in ministerium propter eos qui hereditatem capiunt
verbum salutis. Mittunt etiam mali angeli ad separationem malorum ut fiant
sicut dicit propheta Immissiones per angelos malos / Mittuntur ad probationem / ad
virtutum exercitium / ad augmentum glorie / ad gratie incrementum Qua vero fronte
qua audacia presumunt ille superbie filius ille angelus apostata inter filios
apparere. Sed per superbiam tendit superbiendo ascendit semper. Superbia quidem
natione celestis est In celo concepit dolorem et peperit iniquitatem Atque illuc
libentius redit / unde recedit Nam ideo appetit Sathan inter filios dei ut
videat confidenciis in quibus conspicitur / eius faciem angeli semper vident / quia
dum non videbit et vincet Ablatus est prior ne videat gloriam dei Appareat coram
domino / ut videat ab eo quia inde non potest / Operavit eum malicia eius sicut tenebris qui

In radio est / et beneficio solis novit. Sicut solum videndo punitur quod sibi reputet
ad tormentum. Cogitur enim in invidia mori cum aliorum felicitate / et prosperitate
fidelium intabescat. Iuxta illud peccator videbit et irascetur / dentibus suis fremet
et tabescet desiderium peccatorum peribit. Dicit igitur dominus ~~ad~~ a sathan quasi igno-
rans unde veniat. Causa sic dicit iustus videtur nescire / mentiri non vult /
et mendacium non attemptat / sic qui novit vias iustorum / viam peccatorum
ignorat / Circuivi terram et perambulavi eam / Scribitur Circuitu
impii eunt et in circuitu ambulant. Adversarius noster / quasi leo ru-
giens circuit querens quem devoret / eos scilicet libentius devorare temptat / quos
vite sanctioris agnovit / quia scriptum est Cibus eius electi sunt / Dixitque
dominus ad eum Numquid considerasti servum meum Iob / quod non sit similis ei in terra
vir simplex ac rectus et timens deum / Commendacio est tripliciter iusti / non
qui se ipsum commendat ille probatus est / sed quem deus commendat. Classes virtutes
illi proponit quas amplius habebat exosas / ut inimicum vehementer
torqueat / et provocet ad temptandum. Vult enim dominus suos temptari / ut
faciat in temptatione proventum / Gaudet princeps milicie / si militem
suum non forti adversario strenue pugnantem conspexerit. Exultat pia
mater suum videt flagellandum. Nunc extendi in equuleo / nunc ferreis la-
minis urgentibus / nunc sagittis exponi / nunc truncari / Nunc ignibus
exponi. Stat inter afflictus quasi insensibilis / videns se sanguine suo
exundantes pectoribus ebullire / non sua sed salvatoris vulnera attendit Inter
anxietates quoque acerrimas tripudians et triumphans dolores corporis
lateralis non sentit / quia peregrinatur a corpore / nec facit hoc stupore / sed amore /
nec deest dolor / nec acerbitas / sed contempnit propter Christum / quia si non esset magnus
dolor / et acerbitas in pena / non esset magnum meritum in corona. Dicit deus
et possessione / et personam servi sui Iob malicie temptatoris exposuit / ut per
exteriora et interiora / afflictus muniretur a domino / a dextris et a sinistris
et consistat in gracia et perveniat ad coronam [illegible] temptatus [illegible]

Respondit sathan. Numquid frustra timet Iob deum. Nonne tu vallasti eum
et domum eius universamque substanciam eius per circuitum. operibus manuum eius
benedixisti / et possessio eius crevit in terra. Sed extende manum tuam et tange
cuncta que possidet / donec in faciem benedicat tibi. Causa sathan in
viro non invenit que accuset. bona convertit in malum. false et ma-
liciose in vicium ingratitudinis volens ei imponere / que aliter non poterat deprimere
seu reprobare / quasi diceret / nec te timet gratis / ingratus / nec est quare te ti-
meat / quia vallasti eum et domum eius [illegible] timoris et reverencie [illegible]
in eo abscondisti / Sciebat adversarius vicium ingratitudinis esse per quod poterat
homo amplius displicere. Ingratitudo enim est ventus urens siccans
fontem pietatis / rorem misericordie fluenta gracie. Ingratitudo est dispersio virtutum

Cur fiat temptatio

Ingratitudo

beneficij predicto Et primamo medicinam / homo si quidem ante passione xpi laborabat
in egritudinis morbo / dicebat enim homo creatus / sed non dum redemptus / non amplius
teneor quam tecte creature / Dixit enim et factus sum / non plus in me quam in alio
creatore aliud laboravit. Gemebat itaque humana nimpietas occasione
egritudinis de nostra creatione / sed obstructum est os loquentium iniqua / et iam non
est in egritudinis locus / Plus enim laboravit deus in sola redemptione / quam in
tota fabrica / Factus namque de domino servus / de divite pauper / de immortali
mortalis / de verbo caro / de filio dei filius hominis. Sustinuit opprobria exprobrantium / passus est insidiatores insultus / contradictores in viis / illusores in
angustijs / iniquitates cum horrore mortis / ignominia crucis. Illud amantissime princeps / excellentia vestram rogo et consulo / ut infixum habeatis
in mente / quanta fecit dominus nobis de Comite induto / de duce in regem
nos extulit. Postea victiones multas et maximas / ad eorum principijs / vite
duratem subiecit. Et quia sunt innumerabiles eius super omnia opera eius singulis
diebus / laudes gratias speciales et spirituales gratias altissimo referatis / demum quod
in descensione filiorum exhibuit. Recesserunt a nobis caro vestra / vir est a vestra erat
evulsa a nobis / omnes contradicentes principes et populi / omnesque vrates nere in vestrum
anhelabant exitium / erantque sicut dicit scriptura / inimici hominis domestici fuerant eius
Verum humiliavit eos qui est una stella / deditque hostes vestros in magnitudinis vestras / et
aliquando principes eorum in compedibus / et nobiles eorum in manicis ferreis / Ipse
enim convertit corda eorum ad preces eorum ad ea subiectione et humilitate vestris
pedibus inclinavit ut iam non dubitent universos pro vobis subire labores /
et pro vestro amore offerre se morti / non certe hoc nobis ascribatis / sed domino ne
in acternum opprobrium illud nocet in nobis / Non fuerat nisi memores beneficiorum
eius / et mirabilium eius / que audit ens Absit ab ore / et a corde vestro vox illa
postifera / et in auribus altissimi odiosa. Manus vestra excelsa et non dominus fecit
hec omnia Audite quid sapiens dicat / Quanto maior es humilia te / in omnibus.
Humiliamini sub potenti manu dei. Sub eo per que reges regnant / quem nosse
vivere est cui servire regnare est / sine cuius gratia / nec princeps honore nec populus
habet pace nec quiete religio / nec etiam libertate. Cave ergo nisi omnia que
possidet nisi in facie benedixerit / Faciens domini eius gratia est Ostende
nobis psalmista faciem tuam et salvi erimus Et alibi de vultu tuo iudicium
meum prodeat / et vultum tuum domine requiram / deo itaque in facie maledixerit /
qui gratiam eius quam in prosperitate servaverat / in tempore temporalium sub
tractione aut in corporis afflictione contempserit Dixit dominus ad sathan / Ecce
universa que habet in manu tua sunt tamen in eum ne extendas manum tuam
Non favore aut pro diaboli inclinat dominus deus / ut ipsius temptationi
servum suum velit exponere / sed servum sui utilitati proficiat et honori
Utilitate suum exponit ad plenum / que novit exceptionem de prelio
gloriam et triumphum Iudicio quidem dei / in deo est ut ille pessimus
malleator / dum iniustus premit / inter malleum et incudem fabricet
eis coronas preciosas / et qui omnes attemptat vincere. ab omnibus vincatur

et quod sanctus multiplicat ad gloriam / et adiectionem magis multiplicationis gratia
Tantum ne in eum extendas manum tuam // Possessiones iob inimico ex-
ponit / protegit deus corpus / tu illud postea traditurus / ex altissima
dispositione hoc faciens / Sciebat enim quod fortius vim temptationi resisteret /
quod diabolus et quod ex victoria prime pugne sanctus iob ad alterius tem-
ptationis tollerantiam / constancius firmaretur Non enim sicut dicit apostolus
permittit deus suos ad temptari supra illud quod possunt / sed facit etiam cum
temptatione proventum // Tollit quod dominus virgam peccatoris super sortem iustorum ut
non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Egressus quod est sathan
a facie domini / Vere egressus est qui in veritate nunquam stetit / qui in superbia
sua corruit / qui in gratia non permansit Sermo septimus [illegible]
Cum autem quadam die / filii et filie eius comederent et biberent
vinum in domo fratris sui primogeniti . venit nuncius ad iob dicens
Boves arabant et asine pascebant iuxta eos . irruerunt sabei
tuleruntque omnia / et pueros percusserunt gladio / et evasi solus
ut nunciarem tibi / Optimum tempus temptationis elegit . cum filios
iob comedentes invenit / adhuc esce erant in ore ipsorum et ira dei ascen-
dit super eos. Unde quia messatores sine peccato esse non possunt. Comessa-
toribus inimicus se libenter ingerit / Oratione vero et ieiunio [illegible]
abit / quia genus omnium demonum est / quod non nisi oratione / et ieiunio ex-
pellitur. Et notandum quod non cibum sumere / sed in cibo delectari peccatum est. Unde
enim non nunquam gulosus est / in vilissimis cibis. quam alius in epulis delicatis
Legitur Ionathan peccasse in gustato melle. Esau in edulio lenticule
Sodomitas in saturitate panis / ergo hoc teste Ieronimo Non cibus sed
appetitus in culpa est consideranda In cibo sumendo / tempus / modus / qualitas
tempus / ut non preveniat horam. Modus ut summa sit moderatio in culpata
qualitas / ut non sint cibi nimis exquisiti / aut nimium sumptuosi / Con-
medere post saturitatem est superfluum / ante esuriem otiosum In esurie licitum / post
esuriem meritorium. Certe non credo in homine incolumi / ieiunium aliquid meri-
ti quod esuriem non precedat ieiunare / et ieiunio non affligi. Non quod meritum ieiu-
nandi Si instant apostolorum vigilie / aut alia tempora que necessitate ieiunandi
indicant precedenti die implentque et in quotidianis [illegible] varietatibus [illegible]
atque in fraudem futuri ieiunii / tantis vero ventribus / [illegible] quod suffi-
cienter posset sustentari / biduo sobrius dispensato. Nonne dicit dominus
per prophetam hoc ieiunium quod elegi. Sunt enim ieiunia que reprobat deus / et sunt
ieiunia que elegit. Ieiunant quidam propter [illegible] impotentiam alii propter avariciam /
alii propter apparentiam alii ad [illegible] / alii ad corporis sanitatem / Egrotus ut non
[illegible] ypocrita / ut appareat [illegible] ut appetat Avarus ut parcat
In omnibus intentio tua / opus tuum non imponit In cibo discretio servanda est
[illegible] et opus / atque [illegible] optima moderatio [illegible]
Cumque adhuc ille loqueretur / venit alius et dixit Caldei fecerunt tres
turmas et camelos invaserunt / et tulerunt eos / nec non et pueros

De ieiunio

percusserunt gladio / Adhuc eo loquente venit alius dicens ignis dei ce-
cidit de celo et tactas oves puerosque consumpsit / et effugi ego solus / ut
nunciarem tibi. Adhuc loquebatur ille / et ecce intravit alius et dixit / filiis tuis
et filiabus vescentibus et bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti /
repente ventus vehemens irruit / et regione deserti / et concussit quatuor
angulos domus / que corruens oppressit filios tuos et mortui sunt / et evasi
ego solus / ut nunciarem tibi / Sathan ad multiplices temptandi artes ad
varia nocendi argumenta / suas astucias traduxit. Sunt enim mille eius
astucie sicut apostolus dicit Non ignoramus astucias Sathane / facit enim
dampna inopinata / et subita nunciari ut Iob continuato dampnorum
eventu / vehemencius consternatur addit cumulum super cumulum dolorum / ut ad cumulum
supervenientis mali preteritorum malorum memoria efficiat / et ut invidat iniqui
tas eius ad adiutorium / ignem de celo / ventos de aere / et inimicis impetum producat
hostilem ut filius ille superbie in celo et aere / et inimicis videat habere
aliquam potestatem. Veridicum non propria sed ex dei potestate / ad usum nequicie sue
contra Iob clemencia movetur permittit / ut Iob mente flagellatorum pressuras
ad modum synapis / tanto plus conterit vehemencius inardescat / Ut deus ad
comparacionis omnia irascendi quam experit in omnibus superet. Sequitur in textu

Tunc surrexit iob et scidit vestimenta sua / Ecce flagellum sensit
unde et statim in vestimentorum scissione signa doloris exhibuit / Et tonso
capite corruens in terram adoravit et dixit Nudus egressus sum
de utero matris mee / et nudus revertar illuc dominus dedit dominus abstulit /
sicut domino placuit ita factum est sit nomen domini benedictum / Comminutum est
vas pigmentarium / et dedit / et dedit suavitatem odoris / contrita sunt
aromata / et fragranciam emiserunt. Afflictus est iob et ad laudem domini se
convertit. Quam diu enim fuit in die prosperitatis sue offerebat cottidie
holocausta In nocte vero adversitatis / canticum laudis offerre non cessat
Iuxta notam psalmiste In die mandavit dominus benediccionem / et nocte canticum
eius. Et notandum quod tonso capite / in terram corruens adoravit / In eo quod
De humilitate tondit caput / quod in terram corruit / quod adorat / notatur humilitas que in iob pre-
cipue commendata erat / et in habitu / quod in opere et in affectu Non e-
nim novum / quod tondent clerici / quod in capite coronant. Exemplum cuius
habemus in Christo / qui spineam coronam in signum humilitatis gestavit in
capite suo. Alii gentiles petro apostolo coronam rasisse dicuntur in ob-
probrium Christi et contemptum / quod tamen ipse in memoriam corone spinee Christi
pacienter et prompta voluntate sustinuit. In huius humilitatis memoriam
priscilla et aquila se ipsos sicut in actibus apostolorum legitur tonderunt et
Paulus eciam totondit se Chenchris. Tondit itaque se iob in signum
humilitatis considerans se tonderi et humiliari flagello amplius se
humilians et manui adiuvat flagellantis Nudus inquit egressus

sum de utero matris mee et nudus revertar illuc. Ad memoriam reducit Job
conditionis humane miseriam / ut hoc ipsum ad solatium ei cedat / quod quia nichil ha-
buerit. Similiter de rebus temporalibus amissis / non esse dolendum / que cito accrescunt /
et citius evanescunt. Homo de terra conditus / in terram revertitur sicut in Ge-
nesi dictum est primo homini. Cinis es et in cinerem reverteris / quod ideo dominum credimus
ut quod diu militat homo in hac die vita mortali recordetur originis sue / et memo-
riter teneat unde veniat et quo vadat. Terra terra terra audi sermones
meos dicit propheta. Propheta ter hominem vocat terram quod homo tripliciter terra est /
terra est quia de terra creatus est / terra est / quia in terra conversatur / terra est
quia ad terram revertitur. Terra creationis conversationis et mortis. Terra scilicet nativa
vita / et sepultura. Et quia terra hic tercio iteratur / ideo sponsus replicat tercio
sunamita / ut de terra dissimilibus ad terram principium revertatur. Revertere suna-
mitis revertere revertere revertere de terra captivitatis / de terra peccati / de terra mortis
revertere in terram libertatis / in terra gracie / et terram glorie. In scriptis ergo homo
unde potest obrepere nisi hodie clarius occasio / qui de immundo conceptus est semine /
et iterum immundissimus pulvis fiet. Unde sic quesiti a quodam philosopho / quid fui / quid sum
quid ero / fertur philosophus respondisse / vile sperma / vas stercorum / cibus vermium. Queso
adhuc ut hoc verbum firmiter retineant milites qui de suis viribus gloriantur. Sunt
de sua pulchritudine / certe non possemus credere miseriam nostram esse tantam / nisi ex-
periencia libere occulta fide non doceret. Videmus enim viros strenuissimos armis /
mulieres elegantissimas formis / principes potestate terribiles / tota die mori et terra
infodi / ut quod terra fuerit in terra revertatur. Ille superbus qui hodie fremit mundum
quem timent populi / et principes alieni. Si hodie moriatur infra breve tempus
redigetur in vilissimum pulverem flatuque levissimo poterit exsufflari. Ubi nunc
Julius Cesar / ubi Alexander magnus / ubi Karolus magnus / nisi quod Karolus
optimam partem elegit que non auferetur ab eo. Alii in perpetua tormenta sunt dampnati
sicut scriptum est. Potentes potenter tormenta sustinebunt / Vere tamen Karolus quod in perpetuum
credidit / licet in iuventute sua contra deliquisset. Delicta iuventutis sue pro
fessione lavit et in necessaria vite sue conversus ad deum se ipsum deo obtulit sacrifi-
cium acceptum. Attende prudentissime princeps / quia iam pertransisset hic / iam vite tue
dimidium aut amplius pertransisti. Considerabat rex Ezechias / quam ditissime vixisset
in peccatis / et quod directa via festinabat ad inferos. Ideoque dicebat Ego dixi in dimidio
dierum meorum / vadam ad portas inferi. Et subiungit Recogitabo annos meos in
amaritudine anime mee. Vade et tu fac similiter. Auferas quorundam confessorum
tuorum obprobrium. De quibus dicitur Quanto amplius senuerit / tanto amplius
vanitatibus / et illecebris huius mundi / et lascivie corporis / indulserit. Erant namque
in initio congressus / sed finis eius ad peiores convolabat. Hec est prophecia Merlini ad
impleatur illa queso. Si peccasti / quiesce. Quia optimus penitencie modus est / a peccato quiescere
et cessare. In animo tuo forsitan ordinas / et disponis adhuc ludam / adhuc con-
spectabo / et differam donec etate sim maturus / et impotens ad peccandum. Dic queso
que gracia tibi debetur a deo si tunc desistis a peccato cum peccare non possis festina

qso bid age / non differas nec exspectes verbum prophetie quod de populo obstinato
prolatum hic dicit. Non est tempus edificandi templum dei et alibi. Vacuabo iniquitatibus
meis / et iam impleta fuerit vita mea malis considerabo vias meas. Illud volo
et consulo / ut hanc iactanciam semper habeas apud deum / et hoc ei semper obicere
te pamoe ipsius singulis diebus aliquid obmisisse crimine. Duo sunt que mi-
rabiliter hominem a peccato preservant. Frequens confessio / et frequens disciplina. Verum
aliqui ita teneres sunt et delicati / ut ligati consuetudine peccandi / quod non numquam
abhorrent sacerdotem / quam latro iudicem. Quid dubitas modice fidei / time quod
dominus peccata tua non dimittit. Nonne manibus crucifixi ea affixit / ipse passus est
pro peccatoribus non pro iustis. Audi quid propheta dicat ad dominum / Dixi confitebor etc / tu
remisisti. Si peccatum aperias tuum dicit dominus illud operio. Si agnoscis ego ignosco
Si accusas / ego excuso / Si te iudicas et condempnes / nec te iudico / nec condempnabo.
Nisi vos iudicaretis dicit apostolus non utique iudicaremur. Homicida david ad-
ulter et proditor / arguente illum Nathan propheta / quia peccatum suum humiliter cognovit
audire meruit. Transtulit a te dominus peccatum tuum. Saul autem qui Samueli ipsum
arguenti superbe respondit audivit. Transtulit a te dominus regnum tuum / ab
altero peccatum. Ab altero translatum est regnum. Hoc ideo moneo et consulo / ut exemplo
beati Iob sis memor condicionis tue. Nudus enim intrasti et nudus exhibis / quod
divicias tuas inveniet / non sumet omnia / neque descendet tecum gloria eius. Illud solum
~~[illegible]~~ reportabis / quod in celestes thesauros per manus pauperum premisisti.

Be[a] in textu etc.

Dominus dedit dominus abstulit / sicut domino placuit ita factum est / sit nomen domini benedictum
Iob mel miscet absinthio / persecutorem iram et benedictionem / ut in gratiam mellis / persecucionis
amaritudo dulcescat / non transeat potus ad latrinas et mensuram. Sed conficias
absinthio / et melle gratiarum nectar acceptabile condiat. Potasti nos dicit propheta
vino compunctionis sine tribulationis. Sed hunc vino Iob de torrente voluptatis apparet
et qui vini tui apostoli dicentis / libenter gloriabor in infirmitatibus meis / et quando in-
firmor / tunc forcior sum. Firmat enim animum suum / ad omnium malorum tollerantiam / et
suis angustiis gloriatur. Legitur quod Aioth filius gera ambidexter / utraque manu
pugnabat / cuius expressam similitudinem Iob tenebat / qui non numquam sinistra quod dextera
fecit in prosperis fortis in adversis. Talis erat apostolus sciens habundare et pe-
nuriam pati / glorians in infirmitatibus mercedes meas per infamiam et bonam famam
per gloriam et ignobilitatem adversa sine murmuratione sustinens et faciens in tribus
necessitatibus virtute. In omnibus hiis non peccavit Iob labiis suis / neque stultum quid
contra deum locutus est. Stulte contra deum loquitur qui dicit se a deo / contra meritorum suorum
exigentiam flagellari. Et quasi innocentiam suam allegans / superbe accusat / iusticiam
flagellantis. Factum est autem cum quadam die venissent filii dei et starent coram deo
venisset et sathan. Et dixit dominus ad sathan / unde venis. Qui respondit circuivi
terram et perambulavi eam. Tacet sathan de dampnis que intulerat sancto viro / imo
eum et confusum reputat / dum hominem ad vile decernendo dampnis et doloribus
instigabat eum dare benedictionem et hostiam laudis offerre considerat. Et dixit dominus
ad sathan. Numquid considerasti servum meum Iob quod non sit similis ei in terra vir simplex
et rectus et timens deum. Et adhuc retinens innocentiam suam. Dominus servum suum
militis virtute commendat / addiciens superomnie laudem eius / obprobrium et ignominiam tem-
ptatoris maliciam ipsius eius latenter insinuat dicens / innocentia quam amisisti tu
esses in celesti beatitudine in splendoribus sanctorum / et angelorum dignitate. Hos licet non
fragilis / et miser condicionis etiam in afflictione servavit. Hic dominus prudenter

et urbane illudit dyabolo. Draco iste est domine quem formasti ad illudendum
ei. Illudit enim ante ab hore ab angelis. Ante illudit ei deus eum permittens vote
hominis ut nocendo proficiat. Illudit ei ab hore quem eum plus debilitat vel
fortificare. Illudit et ab angelis quos eum conculcat sublimes in gloria habundans
in gratia refulgentes in claritate celesti divinis laudibus exultantes.
recordat unde cecidit et aliorum gaudiis ingemiscens ira et livore tabescit
Tu autem commovisti me adversus eum ut affligerem eum frustra. sine causa sed non
peccatis precedentibus petit et eum qui flagellum tante ? fecisset compigerent
vel frustra quidem ad apparendum tuum in eo cum eis utilis in quo nate intendis.
Tu autem commovisti me. Non est credendum quod sathan commoverit deum apud quem
non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Et sicut ~~malach~~ Malachias
dicit Ego deus et non muto. Sed commodo dei flagellum est ipsius. Flagellabat autem
deus in furore in ira et una in furore flagellavit dyabolum in ira in ~~dampnacione~~ hominem.
quibus enim iniquitate meditati ambo affectaverunt extollere. Ille prius
ille sicut flagellavit deus dyabolum in furore quem sua superbie temporis debellare
~~dm~~ pestilencie quod ab aquilone exspectaverat deiciendo. Videbam sathanam tamquam
fulgur de celo cadentem. Ideo deus non miserebitur quia inventa est iniquitas
eius ad odium. Flagellavit in ira hominem cum de paradisi voluptatibus ~~est~~
eiecit. Verumtamen quia ipse non cecidit sed alio instigante quamvis pulsus est et
constituit deus tempus miserendi ei et licet flagellaret eum in ira caritatis
tamen nunc noluit recordari. Et flagellum utriusque tunc est quia utriusque comu-
nicavimus. Conculcavi eos dicit propheta in furore meo et calcavi eos in ira mea.
Et post utrasque abhorrendum dicebat Domine ne in furore arguas me neque in
ira tua corripias me. Tercium est flagellum misericordie quod ad probationem ad perfectum
virtutum ad augmentum corone corpus hominis affligit aut bona temporalia
subtrahit. Hoc flagello flagellat deus omnem hominem quem recipit. Ego
inquit quos amo arguo et castigo. Hoc flagello flagellavit deus filios
israhel qui peccabant admonitoribus suis et erat eis inter flagella
propicius. Deus tu propicius fuisti eis et ulciscens in omnes adinvenciones eorum. Dulciora
sunt verbera diligentis quam blandicie adulantis. Unde corripiet me iustus
in misericordia et increpabit me oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.
Est oleum peccatoris mollicies adulatoris. Molliti sunt inquit sermones eius
super oleum et ipsi sunt iacula. Videamus quod vitam saltem blandicie et
secreto correctionis exprimere debuerat adulatores fictos et alios venditores
Laudat peccator in desideriis anime sue. Quarum ego gemebis et oculis meis
lacrimas deducens dico o vos prudentissimi canes non valentes latrare
ymo non volentes latrare. Vosque qui inducitis iniquitate et facietis peccatorum
similes. Facietis si quidem peccatorum similes esse per permissione ac adversus peccatibus
conforte. Certus quare peccata hominum non corrigitis amplius recentissimam sumatis hic
~~rei~~ propterea corripitis quia eadem sepius agitis. Sequitur in textu vero

Respondit Sathan pellem pro pelle et cuncta que habet dabit pro anima sua.
pellem pro pelle dat qui unum membrum pro alio exponit ut eum unum
brachium sinistrum obiciat gladio venienti ne in capite vulneretur. Sed dicit
sathan Job omnia dampna exteriora patitur et equanimiter sustinet quia
ne graviter flagellet corpus timet mavult dampnis exterioribus affici
quam advertere periculum corpore flagellandi. Et hoc est pellem non solum aliorum

aliquid / sed etiam filiorum dabit homo pro pelle sua / id est vita sua. Nunc notamus animam pre
honoris dignitate / que post diem iudicii cum corpore glorificabitur aut cum corpore morti
ficabitur in eternum. De ista dicit Psalmista Benedic anima ~~sua~~ mea domino. Et adhesit anima mea
post te / et cetera. Tertio notamus animam corporis vitam sicut in ewangelio legitur.
Qui diliget animam suam perdet eam. Certe bonum est unicuique animam suam
sic perdere / ne perdat / Malo animam meam perdere ut custodiam quam custodire ut
perdam / huius sine dubio erat optimus certus estimator Paulus apostolus / qui cum
paratus esset / non solum in vincula ire / sed et mori pro nomine domini Ihesu dicebat Non
facio animam meam preciosorem quam me. Nudius tercius vidi quendam huius sancte disciplinam /
nomine Gerhardum Carthusiensem ordinis fratrem iste supra omnia desiderabilia sua iam
per septennium desiderabat mori / cupiens ex hoc decedere De vinculis huius carnis
sicut propheta dicit Educ domine de carcere animam meam Considerans itaque de medio
se amplius de vita dei Cupiebat dissolui et esse cum Christo / certe non habebat
vitam in patientia / minus expansam / quam vos michi mortem. Non minus exhorrebat
vivere / quam vos mori / singulis noctibus a principio vigiliarum surgebat Immo an-
ticipabat vigilias noctis / ego et quidam alii qui eramus cum eo dabamus requiem
temporibus nostris / et oculis nostris dormitationem / Ipse autem se convertebat versus
/ cum Semper cum oratione et gemitu uno aliquo hora concedebat parue sine lacrimis
sedet parvulum suum cum fletum insistebat In omni tempore suspirabat ad Christum de-
spiciens terram celum suspiciens / utens mundo quasi non utens / et vite utendi
et facienda quodammodo sapore distenens transitoriis transitorie utebatur / et eterna
quasi quod eterno amplectabatur / affectu vero eterna quam quidem eternitatis ymago
est constans et forti et infinita ro. Et licet laycus erat et literas non nouisset / habebat tamen
in corde scriptam digito dei scientiam vite et discipline. Sane docuerat eum qui
docet hominem scientiam / et deum testor / non minus circumspecte et sane de articulis fidei
christiane respondebat / quasi maxima sue vite parte in scolis parisiensibus expendisset
In scola siquidem illius eruditus fuerat qui et docuit et inflamauit apostolos de quo
scriptum est Cuius ignis est in syon et caminus eius in Iherusalem Erat itaque scolaris apostolorum
et illius prophete qui dicit De excelso ignem misit in ossibus meis / et erudiuit me
Sic loquebatur quasi sermones dei / habebat enim ad manum formam vite. Discant
queso meum legiste quod eos ad salutem conferet / Ille ciuilis et particulariter loquendo
ntoq / Ille babilonicus calix / quo inebriantur peccatores terre / Ille principum leges /
quibus ego infelix quondam militaui / licet cum usus earum vite humane utilissimus esset
nisi bonitate earum abuteretur humana malicia / unica est lex / et una est illa lex.
Lex immaculata / et convertens animas / et sapientiam prestans parvulis Lex enim domini
et parvulis et maioribus / et mediocribus se conformat Condescendit namque
pauperum incapacitatibus apponens Turbatis tristium / culpis delinquentium Sua-
vissima est perfectis / compaciens imperfectis / mediocribus mitis tollerabilis delicatis
fortioribus sufficiens / moderata infirmis humilibus blanda penitentibus misericors
precessis severa / bonis optima Lex ista / et instruit / et informat adulta. Sapientia
huius mundi est stulticia apud deum. Et quod ... et sequaciliter ... prophete prefuit
uentosa qualitas In scientia scientiarum deum Sabaoth ignorabat ab ipso erat sed non
cum ipso propter ipsum innuebat Christo sapiebat / sed non propter ipsum sapientia mea sit sapientia / et
philosophia pauli qui constantissime affirmabat se nichil aliud scire / nisi

ihm xpm et hunc crucifixum. Alioquin mitte manum tuam et tange os eius
et carnem / et tunc videbis quod in facie benedicet tibi / quasi dicat Job omnia sustinet
patienter / et deo in labiis benedixit / quia in corpore suo non ledatur Alioquin si non
credis hoc / hoc ipsa experientia te docebit. Mitte ergo manum tuam et tange os
eius et carnem / flagella et affligere eum in corpore / et videbis quod in facie ben-
dicet tibi. Attende quam maliciosus / quam impudens / quam temerarius fit ille
angelus appostata. Vide quam maliciose subversionem hominis machinetur quam impu-
dente mentiatur Iniquitas sibi / et quam temere id dominus eventurum permittat quasi
dominus disposuerat aliter evenire

Dixit dominus ad Sathan Ecce in manu tua est verumtamen animam illius serva. Per-
mittit dominus inimicum in hominem innocentem desevire / ut et inimicus maiori ignominia
confundatur / et homo afflictus cumulatius redeat ad gloriam / repetita victoria
Dixit ergo ecce in manu tua est / licet iob esset una ovium de quibus dominus dicit / nullus
de manu mea eripiet eam / tamen in manu adversarii ponit sed penitus non relinquit
Quod ergo militem deserit quem sibi deserendo custodit / eum differt / ut temptetur /
eum vero custodit ne temptatione vincatur. Ecce inquit in manu tua est / verumtamen
animam illius serva / serva ne animam eius temptatione perimas. Cum multe
sint tribulationes iustorum per multas enim tribulationes oportet nos ingredi
in regnum dei. Torquet stipes corpora / sed mentem non turbat. Concutit lucerna
lutea / nec lucerna extinguitur. Triturat palea / nec ledit granum. Thesaurus
est quem portamus in vasis fictilibus / fracto vase non perit. Posito itaque Job in
manu hostili et tormentis [illegible] Iustorum enim anime in
manu dei sunt / et non tanget illos tormentum malicie

Egressus itaque sathan a facie domini percussit Job ulcere pessimo a planta pe-
dis usque ad verticem capitis / Superbus hostis vulnerat servum verum / Sed tu bone
vir vulnera que infligit / reflectens retorque in eum humiliabis sicut vulneratum superbum
in brachio virtutis tue / et convertet iniquitas eius in verticem eius. Erit adhuc
quod conteres et confringes arma / et scuta comburens igni. Sathan vulneravit
virum iustum in corpore / quem libenter vulneraret in mente. Prima vulnera que hec
in anima / haec in corpore / et sana est anima. Fac domine in bona voluntate tua /
ut sanes animam meam / quia peccavi tibi. Neque vulneribus mee anime / ad
habui medicinam penitentie / et confessionis et satisfactionis / et cicatrices ob-
ducta sunt vulnera / Postmodum vero contigit ne perspicerem mea et viderem
in recipiendo et periculosius recidivavit infirmus / Poteramque dicere cum propheta
Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee a facie insipientie mee. Nec
aut oportebat recurrere ad suffragium medicine convertere / ad deum qui sanat contri-
tos corde / et alligat contritiones eorum / Ipse enim pro maior / et eius medicine non est
finis. Sed vero instabilis est propter maliciam / et maior est mea eius / quam iniquitas
mea. Nemo vulneribus sauciatus est / Nemo tot afflictus ulceribus que non sanet
serpens ille eneus. Si ad eum mentis mee oculos tendat / pone quod laborat
aliquis omni vicio / sit superbie elatus / sit inanis glorie vitiosus / Avaricia ...
ambitione estuans / ad iracundiam preceps / ad omnem pruritum libidinibus ardens
tabescens invidia / De tractantibus studens frontis attrite infirmitate

mentis ligwe pdig9 | fictus | et gule uiduliterus. Sit beato pat suspitiosus intentor | odij simulator duplex in uitis | et opibz in honestis | litiu seminato molestus sotijs accusato | frem pdito adulter gteptor ecclie | oblitus dei immemor aie sue | et in repbm sensu datus. Sic aliquis tot wlneribus afflictus | wlnera etia wlneribus et mestitie i igitati appareat taq debitor ingsultus qui semp se ere alieno oneat. Donec obruat usuris sic scptu est. Multiplicabit pctor et no soluet | vero si ad redeptore sum cu lacrimis re- uertat deus qui usuris et iniquitatibz redimet aias eius. Nam apud dnm mia | et copiosa apud eu redempcio. Ipse e qui dicit quacunqz hora ingemuerit pctor | petim suum vita viuet | et no morietur meritum. Ipse e qui pp te wlnera nra | wlneratus e | qui oia wlnera nra sanac | et uelit et possit et nouit Ipse no horruit latrone iuxta se pendente | non lacrimante pctrice | non chananea suplicante | no adultera dephensa | no necitute disciplin non sedente in theolonio | non publicanu | no psecutore discipulorz | no ipos crucifixores suos. Sequitur quia iob saniem testa radebat | sedens in sterquilinio. Testa saniem rade e p pnaz et disciplina suas iniquitates abstergere. Per testam enim que assa e | significatur pnie austeritas et asperitas discipline | testa que e tera sine huore significat cordis pctalte | que nec rore celesti gpluta e | nec huore caritatis induta. Sicut dicit psa anima mea sicut terra | sine aq ti Et aruit tamqz testa virtus mea. Sedens itaqz in sterquilinio testa saniem radit | qui recordat misere | et immunde originis sue | cogitans quia de immundo gcepto semie | de putredine natus | dabit vermibz i abu Putredo in putredine reuertet | sicut vir athleta gmedat de seipso dicens. Dixi ad putredo gsumend sic | et sicut uestimentu quod gmeditur tinea | frequenti igitur recordatoe nre mise gdicois | radit sanies in teriorus wlneris | et mali optandi uoluptas absciditur.

Dixit aut illi uxor sua adhuc pmanes in simplicitate tua Benedic deo et morere. Aduersarius qui beato iob et filios et possessiones abstulerat vxindsaz | suam ei reliq uxore Non ad solatium viri sz ad sue gsuatoz malicie. Vt p feminam vinceret | que ex psecutoe no vicerat et qd uerberibz no poterat iuis mulieris efficeret. Non uidebatur ei li- berior et optimor occasio q p familiare inimicu et domesticam pro ditorem. Scriptu e enim ab eo qui dormit in sinu tuo | custodi claustra oris tui. Sciebat q nra mulieris quanto fragilior e tanto flexibilio e ad culpa | et q quas de pratoe in uita primo ad nocere. Huius aut rei faciebat fidem plenissima | frequens tam expien et multiplicis exemplorz. Per feminam Ioseph incarceratus e detrusus. Nabaz Sanson vinculatus | Ioseph interfectus | Salomon factus apostata. Dauid factus homicida et pditor. Ezechiel clauo confossus | Precursor dni Baptista decollatus. Salomon uehementie malicia mulieris expmit ait. Melior e iniquitas viri qua mlr bndaciens. Per feminam mors intrauit | et ni pfiliu dei nra esset redempcio ordinata p seniens

Dissensatorz hostis q in morte xpi nrã redeptio implebat. Salutem
totius gn̄is humani p feminã machinatus e impedire In upare
namq pilati visiones deceptorias et fantasticas illusiones ipsit
ita ut pilato mortem xpi dissuadendo madaret nichil tibi et iusto
illi Hodie em multa p visum passa sum ppter eum ~~~ Sequit in texto
¶ Tamq una de stultis mulieribus locuta es Si bona suscepimus de
manu dni mala quare non suscipiamus Non apponit inimicus stipula
temptacionis vt incendat domu dei iracundie flammis nunc australe
flatu nunc ventu turbinis et nepacionis inicit Confirmat aut
iustos dns et in electis suis mittet radices et secure ventos temptaciois
excipiant et no fallant Iob itaq animi ictus tollit ut fiant ania
contritis dum upare corripit et ut subiecta et correcta erigit ad salute
Si bona suscepimus de manu dni mala aut qre no sustineamus ac
si dicat equo aio tollerandum e correctio saluatoris qui p beneplacito
suo et psspera largitur et adusa immittit Non possum iuste conqueri
de iusticia eius cuius magnam expertus Et tunc una me pueniat et una
eius subsequatur me oibus diebus vite mee. Non abstulit bona nisi
ea que contulit Sz communiti et paupes facti sumus speramus in deo
qui e spes nrã quia replebimur in bonis domus sue. Afflictus nihil
quis stit se quietatur deus et relinquit post se benedictionem iocunditate et
exultacionem. Thesaurizavit super eum dns que affligit et sicut e ad
flagella severus sic e ad remedia mansuetus qre admodu sponsus
in canticis dicit Amicus meus bibit vinu cu lacte: severitate cxpectet
cu mansuetudine ~~~ Et in texto [illegible]
¶ In oibus hijs no peccavit Iob labijs suis In labijs peccamus aut
no tacenda dicimus aut eu tacemus dicenda Iob nichil aduersus
deum aduise respondit et uxore psuadendo corrigendo et arguendo
cohibuit Considerans itaq sathan qz iob rectissimis nec vincit
dampnis nec plis orbitate nec corporis infirmitate nec suggestione
uxoris concitat tres amicos eius ut efficiatur eo contumeliosi
qs ad iracundiam prouocatus in eam maliciae prorumpat et deum unde
sitiendo offendas offendat Igitur aut tres amici iob oe malum
qd accidisset ei venerunt singuli de loco suo Eliphatz Themanites
et Baldath Suites et Sophar naamathites Beatus es domine
cum e amplius abste Non em conterebat contumelijs suis iniurijs
frangit no vincit dampnis no abducit blandicijs no fallacijs
seducit sic angustijs separat Contempnit siquidem aduersa oia qs
accidit in ho mundo Ponens in salutarem et fiducialit agens in eo. Et
licz amici bti iob cu verbis insultaverint contumeliosi credendi sunt
tn ponus exigi iorem quam contumeliam ho fecisse. Esset eni reprehen
sibile in viro tam prudente et sancto iniquos et contumeliosos habere
amicos sed bn viro honesto et ~~~~ sancto abhominanda sunt

conparacia iniquorum. Nemo enim tangit picem et non inquinabitur ab illa. In paralipomenon
Josaphat qui de auctoritate vita multis attollitur per amicitiam de achab rege
amicitiam ~~incipit~~ increpatur. Impio inquit prebes auxilium, et hiis qui oderunt
dominum amicicia coniungeris, ideo iram dei merebaris, nisi quia bona opera
inventa sunt in te, eo quod de terra iuda lucos abstuleris. Tradunt plerique
quod Eliphaz ex filiis Esau, themaniorum princeps fuit. Baldach ba-
theorum. Sophar mineorum rex. Venientes autem ad consolandum amici, elevatis
oculis exclamant, complorant, sparserunt pulverem super caput in celum
et sedentes cum eo septem diebus atque septem noctibus non loquuntur ei. Cum
exhiberent in omnibus doloris faciem et compassionis affectum. Ad horum enim con-
solacio afflictorum dolorem removet, ubi relevet flere cum flentibus et dole-
ntibus condolere oportet. Septem diebus continue tacent, postmodum multiloquio
affluentes. In quo notatur quod hii plerique, qui tardius loquuntur, cum loqui
incipiunt, frena verbis imponere non noverunt, quod sic quidam sapiens dicit
Censura silencii nutritura est vi. Quidam per amicos Job qui eum irritant
ad peccatum intelligi volunt vanas cogitaciones, pravas carnis desideria
et illecebras huius mundi. Hec enim assistunt nobis familiariter et multipliciter
blandiuntur. Vane siquidem cogitaciones statim cum speculantem deum dissipant
et confundunt. Desideria vero carnis que militant adversus animam novum
hominem qui secundum deum creatus est mortificant, ut anima tamquam novitatis oblita
solam sapiat vetustatem, unde et secundum augustinum vocatur Baldach. Baldach
quoque interpretatur vetustas sola. Anima itaque dissipata in eo iudicio tamen
carnis desideriis invalescentibus deum contempnere incipit. Peccator enim
cum venerit in profundum peccatorum, ubi iniuriam deum contempnit. Unde et secundum
augustinum notatur Elephat quod interpretatur contemptus dei. Istos autem pene
domesticos inimicos viri religiosi et qui via vite arctioris astricti sunt
frequenter experiuntur. Evenit quoque ut cum aliquis contemplacionis dulcedini vacat
muscE morientes perdunt suavitatem unguenti, quia vane cogitaciones
turbantes aciem contemplantis obrepunt, et mediantibus carnis de-
sideriis surripiunt amorem celestium, dei per contemptum. Religiosus qui paulo ante
celestia desideriis anhelabat, que inflammabat, quia ista absencia delectabat,
paulatim incipit oblivisci que dei sunt, et cogitare que mundi sunt,
et contempnere que dei sunt. Turbatur in eo acies intellectus, obumbrantur semite
iusticie, obducitur lumen cordis, fugit spiritus devocionis, libertas evanescit. Ob-
ediencia lentescit, sollicitat in se paupertatis timor, humana species decipit,
trahit ambicio, concutitur animus, subtrahitur gracia, perditur spes vite lon-
gioris, blanditur voluptas, allicit mundus, fallit securitas, revocat consuetudo
antiqua, dissimulat [illegible] abundat. Quid plura? Prosternitur, declinatur timor
dei, succedit impudencie manus et attemptatur saltus ille appostata. Saltus
ille ignominiosus, de excelso in abyssum, de throno iusticie quilibet de celo
in terram, de paradiso in infernum, de claustro in seculum. Michael dicit in sigillacione

mostici ordinis que sepissime repeto. Et erubescat ipse religiosus esse deterior in claustro quam in seculo fuit / non estimat quod euomuit / Ne mundum repetat que reliquit. Erubesce sydon ait mare verbum ysaie est · erubescat claustralis vite negligencius esse in claustro quam eam vite secularis fluctus versaret. Post hec aperuit Iob os suum / et maledixit diei sue dicens pereat dies in qua natus sum. Duo sunt maledicendi modi / primus consideracione iusticie. 2us liuore vindicte. Primus est licitus / 2us prohibitus. Secundum primum modum dixit dominus ade Maledicta terra in opere tuo. Et abrahe maledicam / maledicentibus tibi. De 2o maledicendi modo dicit Apostolus Nolite maledicere / et maledici regnum dei non possidebunt. Maledixit ita Iob diei natiuitatis sue instinctu racionis / et iusticie motu / non zelo vlcionis / aut aliene iniurie appetitu. Est enim natiuitas hominis dampnata / est natiuitas iustificata / et est natiuitas beata. Prima hominis nature est natiuitas / 2a gracie / 3a glorie. In prima est peccatum. In 2a est meritum. In 3a premium. Prima est ut quis viuat. 2a ut iuste viuat. 3a ut beate viuat. Maledicit Iob diei prime natiuitatis in qua homo conceptus est per culpam / genitus ad miseriam. Natus ad penam. Diuine siquidem dicte diuisionis antiquum iudicium sequens conditorem humane nature dampnatam a primordio in se dampnat / ut maledicat creature dei / aut dei que eadem est in eterna natura / non erat / sed merito afflictus secundum equitate diuine sentencie recognoscat. Et ut iuxta beati Iob sustinentem et comperditam bonitatem perstringam ea eius et respondens aucorum atque occulta in eis sacramentorum in voluta pretermitto. Verum ne delicatas aures producendi sermone offenderem · si illud in mensa pelagus attemptare. Beatissimus quidem Gregorius pp In moralibus suis ad vnguem vniuersa explorat / nec dubitamus quod tractatum illum digitus dei scripserat in corde illius quo cum angelico ore loquebatur / et columba predicte / in publicum produxerunt eius preualuerunt. Restat utique diffusi operis prolixitatem ad compendium redigere et recisso vere comprehensionem / vnam altissime recense · quam in serino suo Iob multipliciter exhibuit / peta quod adusum Iob artissime sui commiserat / cuius omne indulgens / sanans ipsius vulnera / dolores mitigans / auferens temptaciones bona temporalia multiplicans / producens vitam / restaurans dampna filiorum et meliores et pulchriores / recompensans. Et hoc quod circa finem libri textus historie sub breui paucitate declarat

Dominus autem benedixit nouissimis Iob / magis quam principio eius et facta sunt ei xiiij milia ouium et vi milia camelorum et centum quinquaginta iuga boum et mille asine Adhuc autem multiplicabit in senectute vberi / quia secundum multitudinem dolorum in corde eius / consolaciones tue letificauerunt animam eius. Dies eius super dies adiciens et apparens paupertati diuicias et dierum longitudinem senectuti. Audite ergo terrigene et filii hominum / audite quam magnificata sit misericordia dei super nos. Sicut enim Iob amisit temporalia dominus duplicauit. Sperandum est in eo qui est effectus in eo quia in tempore glorie plenissime mensuram suam nobis gratiam largietur. Mensuram enim bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem in sinus vestros. Mensura domini est sine mensura et modus sine modo. Hac

mensurabit discipulis suis dicens. Qui reliquerit patrem / aut matrem / aut
uxorem / aut filios / aut domum aut agros propter me / centuplum accipiet / et
vitam eternam possidebit. Vis vide quo exuberat / et superfluit hec usura
unde cuius non est finis / aut mora eius permanet in eternum. Et in textu
¶ Vixit autem iob post flagella hec c et xl annis / Pater misericordiarum et deus
totius consolationis filium suum secundum ab excelsis in fine descendente / et leva
supportat / et dextera complectitur / et in temporalibus sustentans eum et pro-
movens ad eterna / ut possit cantare cum sponsa Leva eius sub capite meo
et dextera illius amplexabitur me / Per dexteram significatur eterna sicut propheta
commemorat Delectationes in dextera eius usque in finem / Una namque manu deus
secundo suo Job accumulavit divitias et honores / altera manu longitudinem dierum
apponit. Unde scriptum est in leva eius divitie et honor et in dextera eius lon-
gitudo dierum. Et non quod dicit post flagella / hec exprimit nimirum quod divine
dispensationis processit afflictio / ut post merorem gaudium post naufragium portus
post laborem requies / dulcedo post animadversionem / post pressuram prosperitas suc-
cederet / Ubi idem sepe dictum iusti / qui prius erat infra malleum
et incudem dei promissione fabricaverat preciosus / ut post dies malorum
quibus afflictus est / plenius leticiam consequatur. Sicut dicit propheta Letati sumus
pro diebus quibus nos humiliasti / et annis quibus vidimus mala / Iuxta
sapientem / Ante ruinam exaltabitur cor / et ~~ante~~ ante gloriam precedit humilitas.
Flagellatio enim via ad exaltationem / dolor ad gaudium pressura ad felicitatem
ad risum gemitum / mors ad vitam. Flagellat itaque deus suos / ne flagellet
in posterum sed temporaliter eos punit / ne eternaliter puniantur. Legitur in libro regum
quod cum Salomon edificaret templum domini / lapides omnes ex tunsi fuerunt
ut in edificio templi sine sonitu / mallei ponerentur. Sic enim temporaliter per
flagella tunduntur / ut in edificio celestis Jerusalem / que edificatur ut civitas /
sine flagello discipline / sine pene gemitu caritatis glutino vinciantur
In alia sequenti vita / et inter ardores sempiternos / non est locus venie pene
tundendi / quia in inferno nulla est redemptio nec homini in peccatis mortuis
relinquitur hostia pro peccato / Christus enim existens pontifex semel pro peccatis mortuus / iam
non moritur / mors illi ultra non dominabitur. Non igitur crucifigitur / sanguis eius
quem semel in remissionem peccatorum fudit / iterum non fundetur / bibent ergo
omnes peccatores terre / quia quos eterna excepti sunt si culpam suam detu-
lerunt mortem nostram mors / nostram sanguis perducit eos ad salutem Textus
¶ Et vidit filios suos / et filios filiorum suorum usque ad quartam generationem
et mortuus est senex et plenus dierum / Universas felicitates hominum / mors con-
cludit / quia nec perseverantia fide Abrahe / pietate Joseph / caritate Moysi /
fortitudine Samsonis / zelo Finees / virtute David / excellentia medicina /
prudentia et divitias Salomonis / Semper extrema gaudii luctus occupat
Cuiusque historie finis hanc faciat atque omnium una est conclusio / in eo quod
mortuus est Job senex et plenus dierum / Nonnulli qui moriuntur dicuntur vacui /
quidam pleni / vacuus dierum moritur qui in vita sua vanitatibus solum hominis de fructibus
vite eterne merita mortis secum non detulit. Plenus dierum a sanctis intelligitur qui

operam virtutibus dedit qui implevit desiderium suum operibus / et sic dies
complevit transitorios ut in vita futura / dies eternitatis inveniat. Bonum si quis
bene vivere / melius / bene mori / ho non bene moritur / qui non bene vixit. Aliqui
desiderant mori potius / quam ad virtutes currere / quorum / finis interitus
Nota si quis Samson succensus tandem vespere perfigit interitum / eorum autem in
finis deputatus est igni qui preparatus est dyabolo et angelis eius. Sunt
plerique qui nolentes bene vivere / desiderant bene mori. Sunt enim quorum preciosa
est in conspectu domini mors sanctorum eius. Sunt qui dederit dilectis suis sompnum
ecce hereditas domini. Sunt / qui non bene moriuntur quam in domino moriuntur. Volunt
esse laborum participes non eis quibus dominus dicit. Vos estis qui permansistis
mecum in temptationibus meis / Volunt regnare / sed mori non cum Christo volunt / Talis
enim erat Balaam ariolus / qui considerans castra filiorum Israel / et eterne
repromissionis beatitudinis / et adhuc facta intelligens dicebat / Moriatur
anima mea morte iustorum et fiant novissima mea horum similia. Affinis eorum
appetere gloriosum laborem abhorrebat quibus gloriam merebantur. Verumtamen
non metes ubi serens non apprehendes ubi curras / non tenebis ubi non luctaris /
non gaudebis ubi doleas non coronaberis ubi pugnaveris / Putas ne quod
aliquis et presenti vita gaudeat et in futura / sic non gaudium dici debeat
quod iterat assidue et amaritudine consequitur. Nimis delicatus est si
utrumque possimus uti seculo et frui Christo. Preter mundi delicias carere
et nichilominus celestis glorie divicias obtinere. Aut quod dictum est illi diviti
in evangelio qui cruciabatur in flamma et lingue ardentis refrigerium pe-
tebat. Fili recordare quia recepisti bona in vita tua et Lazarus
similiter mala. Sed quam difficile primum merito possimus reputare in sa-
nos sanctissimos ~~electos~~ / patriarchas / apostolos / martires confessores / ac delicatissimas
virgines qui omnes spretis diviciis et voluptatibus deliciis huius mundi
se ipsos pro Christo tribulationi et morti obtulerunt. Si gloriam quam adepti sunt
in angustia et dolore potuerunt cum voluptatibus et diviciis obtinere. Sub
hec ergo tibi o amantissime princeps et frater tibi aliquis singulis diebus
de hiis mundi voluptatibus. In gaudio pena fient nec tibi videatur
austerum si ea prodant que in anime placent. Nichil mo-
lestie potest sustinere in hac vita mortali aut potius in hac morte vitali
quod celestibus gaudiis respondere sufficiat. Non enim sunt condigne pa-
ssiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Afferamus
nec ... immolemus ... salte ... immolemus
altissimo et residuum ... ac ... vite nostre tempore ... [illegible]
Regnum ... dei ... desiderio ... offeras atque [illegible]
... quia leve ... et momentaneum tribulationis ... pondus
glorie operatur in nobis. In eo autem fratres ... quia
... diligitis / quia sacre scripture libenter intenditis / quia [illegible]

in maiestate. Humilitatis simplices humiles exaltatis. Propter vos a deo
commissi salute et quiete gaudetis. Viduis et advenis et pupillis vos
affabilem exhibetis et mitem. Religiosos et pauperes benigne re-
cipitis, ymo preparatum cordis eorum audivit auris vestra, et quasi prestigiendo
necessitates eorum. Opus in b... vestris prevenitis. Hodie propter hoc
specialiter ad eius dilectissimos vestros elemosinas vestras endicat omnis curia
eorum. Agite igitur domini latius diffusius date pauperibus vel hoc tam paratum
vestris heredibus quoniam ... Deterrere vos possit quod multa elemosina
propria manibus vobis scalam et ascensionem erigatis ad illam supernorum
civium mansionem, in qua est pax eterna, quies inpermutabilis, gau-
dium quod non deficit, Amor quod non ... consumat, gloria que non
transit. Quam vobis et nobis preparare et prestare altissimus altissimi
filius Jhesus Christus qui cum patre et ~~filio~~ spiritu sancto triumphat et regnat
per omnia secula seculorum Amen.

Explicit petrus blesensis ... .